

- I**ncipiunt capitula libri sexti:  
**i** De eo quod apostolus ait: christum dei virtutem  
 et dei sapientiam  
**ii** De patre et filio hoc solum non dici illud de  
 illo quod non ambo simul sunt: Deus enim  
 de deo: bonus de bono: virtus de vir-  
 tute quod simul sunt recte dicitur: pater autem de patre  
 aut filius de filio quod non ambo simul  
 sunt: non potest dici.  
**iii** De unitate filii cum patre et nostra in-  
 vicem nobiscum.  
**iiii** Patres in quacumque virtute non posse in  
 ceteris esse dissiles: ac si hoc equitas in  
 animis reperit humanis: multo incomparabili  
 est ea manere in incommutabili eterna  
 quod substantia quod est deus trinitas  
**v** De spiritu sancti unitate cum patre et filio.  
**vi** De natura corporea et creatura spirita-  
 li: quod simplices non sunt: quia nec in-  
 commutabiles.  
**vii** De simplici et incommutabili essentia dei:  
 quod multis multipliciter secundum substantiam  
 nominetur  
**viii** Trinitatem deitatis nullo modo triplicem esse  
 dicendam: quia nec tria ibi plene sunt quod unum  
 nec unum minus quam tria.  
**ix** De solo vero deo patre et filio et spiritu  
 sancto.  
**x** De essentia sancti hilarii quod in trinitate persona-  
 rum proprietatem intelligit demonstrasse.  
**I**ncipit liber sextus.  
 De eo quod apostolus ait christum dei virtutem  
 et dei sapientiam.

Capitulum I.

**Q**ualitate patris et filii et spi-  
 ritus sancti putant nonnulli  
 ex hoc impediri quod minus intelli-  
 gat: quia scriptum est: christum dei  
 virtutem et dei sapientiam: ut  
 id non videatur equitas: quia non  
 est pater ipse virtus et sapientia: sed  
 genitor virtutis et sapientie. Et reuera non me-  
 diocri intentio est quod solet: quod dicatur de virtute  
 et sapientie pater. Sicut enim apostolus: christum dei virtutem  
 et dei sapientiam. Et tunc nonnulli in adversum  
 arrianos hoc modo ratiocinati sunt: eos dicitur  
 quod pater se adversum catholicam fidem extulerit. Nam  
 ipse arrianus dixisse fertur. Si filius est: natus est: si natus est  
 erat tempus quod non erat filius: non intelligens etiam  
 natum esse: deo sempiternum esse: ut sit coeternus patri  
 filius: sicut splendor quod gignitur ab igne atque diffu-  
 dit: coeuius est illi: et est coeternus: si est ignis  
 eternus. Quod si quidam posteriores arriani abie-  
 cerunt istam sententiam: falsi sunt: non ex tempore ce-  
 pisse filium dei. Sed inter disputatores quas ha-

bebant nisi adversum eos quod dicebant: erat tempus  
 quod non erat filius. Hac etiam nonnulli ratiocinatores  
 inferebant. Si dei filius: virtus et sapientia dei est: **Ubi supra.**  
 nec unquam deo sine virtute et sine sapientia fuit:  
 coeternus est deo patri filius. Dicit autem apostolus: christum  
 dei virtutem et dei sapientiam. Et deum aliqui non ha-  
 buisse virtutem aut sapientiam: demeritis est dicere: **Ubi supra.**  
 non igitur erat tempus quod non erat filius. Que ratiocina-  
 tio ad id cogit: ut dicamus deum patrem non esse  
 sapientem: nisi habendo sapientiam quam genuit:  
 non existendo per se per ipsam sapientiam. Deinde si  
 ita est: filius quod ipse sicut dicitur: deus de deo: lumen de  
 lumine: videndum est utrum possit sapientia de sa-  
 pientia dici: si non est deo per ipsam sapientiam: sed tamen  
 genitor sapientie. Quod si tenemus: cur non et  
 magnitudinis sue: et bonitatis: et eternitatis:  
 et omnipotentie sue generator sit: ut non ipse sit sua  
 magnitudo: et sua bonitas: et sua eternitas: et  
 sua omnipotentia: sed ea magnitudine magnus  
 sit quam genuit: et ea bonitate bonus: et ea eter-  
 nitate eternus: et ea omnipotentia omnipotens que  
 de illo nata est: sicut non ipse sua sapientia est: sed  
 ea sapientia sapiens est que de illo nata est. Nam  
 illud non est formidandum ne cogamur multos  
 filios dei dicere: propter adoptionem creature coe-  
 ternos patri: si magnitudinis sue genitor est:  
 et bonitatis: et eternitatis: et omnipotentie. Huic  
 enim calumnie facile respondetur: sic non efficitur: quia mul-  
 ta noiata sunt: ut ille multorum filiorum coeter-  
 norum sit pater: quod admodum non efficitur: ut duo-  
 rum sit: cum dicitur christus dei virtus: et dei sapientia.  
 Eadem quippe virtus que et sapientia: et  
 eadem sapientia que virtus est. Ita ne igitur  
 etiam de ceteris: ut eadem sit magnitudo quod vir-  
 tus: et si qua alia: que vel si supra commemorata  
 sunt: vel commemorari adhuc possunt.

De patre et filio hoc solum non dici illud de illo  
 quod non ambo simul sunt: Deus enim de deo:  
 bonus de bono: virtus de virtute: quod simul  
 sunt recte dicitur: pater autem de patre: aut filius  
 de filio quod non ambo simul sunt non potest  
 dici.

Capitulum II.

**E**d si non dicitur in seipso: nisi quod  
 ad filium dicitur: id est pater vel genitor: vel prin-  
 cipium eius: Si etiam gignens ei quod  
 de se gignit: consequenter principium est. Quicquid  
 aliud dicitur: cum filio dicitur: vel potius in filio: siue  
 magnus ea magnitudine quam genuit: siue ius-  
 tus ea iusticia quam genuit: siue bonus ea bo-  
 nitate quam genuit: siue potens ea potentia  
 vel virtute quam genuit: siue sapiens ea sapi-  
 entia que in genuit. Magnitudo autem ipsa:  
 non dicitur pater: sed magnitudinis genera-  
 tor. Filius vero sicut in seipso dicitur filius: quod

# Liber

non cum patre dicitur: sed ad patrem: non sic et in seipso magnus: sed cum patre cuius ipse magnitudo est. Sic et sapiens cum patre dicitur: cuius ipse sapientia est: sicut ille sapiens cum filio: quia ea sapientia sapiens est quam genuit. Quicquid ergo ad se dicitur: non dicitur alter sine altero id est quicquid dicitur quod substantia eorum ostendat: ambo simul dicuntur. Si hec ita sunt iam ergo nec deus est pater sine filio: nec filius deus sine patre: sed ambo simul deus. Et quod dicitur est: **Job. 1.** In principio erat verbum: in patre erat verbum: intelligitur. Aut si in principio sic dictum est ac si diceretur: ante omnia quod sequitur: et verbum erat apud deum. Verbum quidem solus filius accipitur: non sicut pater et filius: tanquam ambo unum verbum. Sic enim verbum quod imago. Non autem pater et filius simul ambo imago: sed filius solus imago patris quoad modum et filius: non enim ambo simul filius. **Ubi. sup.** Quod vero adiungitur: et verbum erat apud deum multum est ut sic intelligatur: verbum quod solus est filius: erat apud deum quod non solus est pater: sed pater et filius simul deus. Sed quid mirum si in duabus quibusdam rebus longe inter se diversis potest hoc dici. Quid enim tam diversum quam animus et corpus. Potest tamen dici animus erat apud hominem: id est in homine: cum animus non sit corpus. **Job. 1.** Homo autem animus sicut et corpus sit. Et etiam quod consequenter scriptum est: Et deus erat verbum sic intelligatur: verbum quod non est pater: deus erat simul cum patre. Ita ne ergo dicimus: ut pater sit generator magnitudinis: hoc est generator virtutis: vel generator sapientie sue: filius autem magnitudo: virtus: et sapientia: deus vero magnus: omnipotens: sapiens ambo simul. Quod ergo deus de deo: lumen de lumine. Non enim simul ambo deus de deo: sed solus filius de deo: sicut pater. Nec ambo simul lumen de lumine sed solus filius de lumine patre. Nisi forte ad insinuandum et breuissime inculcandum quod coeternus est patri filius: ita dictum est de deo: et lumen de lumine: et si quid hoc modo dicitur: ac si diceretur: hoc quod non est filius sine patre: de hoc quod non est pater sine filio: id est hoc lumen quod lumen non est sine patre: de hoc lumine patre quod lumen non est sine filio: ut cum dicitur deus quod non est filius sine patre: est de deo quod non est pater sine filio: perfecte intelligatur quod non precessit generator: illud quod genuit. Quod si ita est: hoc solum de eis dici non potest: illud de illo: quod simul ambo sunt. Sicut verbum de verbo dici non potest: quia non simul ambo verbum: sed solus filius. Nec imago de imagine: quia non simul ambo imago. Nec filius de filio: quia non simul ambo filius: sicut dicitur. Ego et pater unum sumus.

Unum sumus enim dictum est quod ille: hoc et ego sicut essentiam: non sicut relatum.

De unitate filii cum patre: et nostra inuicem nobiscum.

## Capitulum III.

Nescio utrum inueniatur in scripturis dictum: unum sunt: quorum est diuersa natura. Si autem aliqua plura eiusdem

nature sint: et diuersa sentiant: non sunt unum in quantum diuersa sentiunt. Nam si ita unum essent ex eo quod homines erant: non diceret. Ut sunt unum sicut nos unum: cum suos discipulos patris commedaret. Et vero paulus et apollo quia et ambo homines et idem sentiebant. Qui plantat inquit: et qui rigat unum sunt. **Job. 17.** Ergo sic dicitur unum: ut non addatur quid unum: et plura unum dicantur: eadem natura atque essentia non dissidens: nec dissentiens significat. **1. Cor. 3.** Sed vero additur quid unum: potest aliquid significari ex pluribus unum factum: quibus diuersis natura: sicut anima et corpus non sunt utique unum.

Quid enim tam diuersum: nisi addatur aut subintelligatur quid unum: id est unus homo: aut unum animal. **Ibidem.** Inde apostolus. Qui adheret meretrici inquit: unum corpus est: non dixit unum sunt: aut unum est: sed addidit corpus: tanquam ex duobus diuersis masculino et feminino: unum corpus adiunctione compositum. Et qui adheret domino inquit: unum spiritus est: non dixit: qui adheret domino unus est: aut unum sunt: sed addidit spiritus. Diuersum enim natura: spiritus hominis: et spiritus dei: sed inherendo fit unus spiritus ex diuersis duobus: ita ut sine homine non spiritu: beatus sit dei spiritus atque perfectus beatus autem spiritus hominis non nisi cum deo. Nec frustra: ut existimo cum tanta in euangelio sicut in Joanne: et totiens diceret dominus de ipsa unitate: vel sua cum patre: vel nostra inuicem nobiscum: nusquam dixit ut nos et ipsi unum: sed ut unus sint: sicut et nos unum sumus.

Pro ergo et filii unum sunt: utique sicut sicut unitate substantie: et unus deus est: et unum magnus: et unum sapiens: sicut tractatum est. Unum ergo maior pater. Si enim maior: magnitudinis maior. **Ibidem.** Cum autem magitudo filius eius sit: nec ille utique maior est eo qui se genuit. Nec ille maior ea magnitudine qua magnus est: ergo equalis. Nam unde equalis si non eo quo est: cui non est aliud esse et aliud magnum esse. Aut si eternitate pater maior est: non est equalis filius quacumque re. Unum enim equalis. Si magnitudine dixeris non est par magnitudo: que minus eterna est atque ita cetera: An forte in virtute equalis est in sapientia vero non est equalis. Sed quod est equalis virtus quam minus sapientia. In in sapientia equalis est: in virtute autem non est equalis. Sed quod equalis sapientia: que minus potens est.

Restat ergo ut si in vlla re equalis non est in

Restat ergo ut si in vlla re equalis non est in

Restat ergo ut si in vlla re equalis non est in

Restat ergo ut si in vlla re equalis non est in

Restat ergo ut si in vlla re equalis non est in